

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8964

Auteur(s) : Saint-André-sur-Orne, Saint-Étienne de Fontenay (abbaye)

Bénéficiaire(s) : Barbery, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1186-1187]

Action juridique : autre

Description de l'original : Chirographe (CYROGRAPHI : DIVISIO)

Langue du texte : latin

Chirographe (CYROGRAPHI : DIVISIO)

Analyse

Notice relatant l'accord conclu entre l'abbaye Saint-Étienne de Fontenay et celle de Barbery. L'abbé Robert et les moines de Saint-Étienne de Fontenay concèdent aux moines de Barbery tout ce qu'ils avaient et réclamaient sur les dîmes, les usages et les avantages (profecti) dans les terres et le bois de Cinglais que [les moines de Barbery] possédaient d'après la donation faite par Raoul Tesson. Ils leur concèdent également tout ce qu'ils avaient et réclamaient sur le bois et les terres que les moines de Barbery possédaient d'après le don fait par Robert Fils Erneis. Pour ces concessions, les moines de Barbery paieront à l'abbaye de Fontenay dix sous d'Anjou par an à la fête de saint Michel.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Archives départementales du Calvados, H 1781.

Éditions principales

a. Farcy Paul de, *Abbayes de l'évêché de Bayeux*, tome 1, Cerisy, Cordillon, Fontenay, Longues, Laval, Moreau, 1887, Abbaye de Fontenay, p. 35-36.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Gérard, abbé de Savigny, 1186-1187.

Texte d'après A

Noverit universa generatio presens et futura talem conventionem factam inter abbatiam de Fontaneto et abbatiam de Barbereio propter pacis et concordie inviolabilem in posterum firmitatem observandam, videlicet quod Robertus abbas et totus conventus Sancti Stephani de Fontaneto concesserunt abbati et conventui Sancte Marie de Barbereio quicquid habebant et quicquid reclamabant in decimis et in omnibus usualibus et profectibus in terris et in nemore quod habent ex donatione et concessione Radulfi Teisson, sicut dividit a parte de Cingeleis nemus Templariorum usque ad viam Furcate Quercus, et a via Furcate Quercus usque ad vineam Roberti Marmion, sicut in carta predicti Radulfi Teisson continetur. Concesserunt etiam quicquid reclamabant in terris et in nemore quod predicti monachi de Barbereio habent ex dono Roberti filii Erneisii, videlicet in terra Ricardi Placitoris et in parte nemoris de Cingeleis

que proxima est grangie ipsorum, sicut dividit ex una parte fossatum Ricardi Placitoris, et ex altera, petra que est divisio inter terram Gervasii de Bondicia et Cingeleis, sicut in cartis predicti Roberti filii Ernesii continetur. Pro hac concessione abbas et conventus predictae abbacie de Barbereio reddent annuatim abbacie de Fontaneto in festo sancti Michaelis decem solidos Andegavensium. Ut autem hec omnia rata maneant in perpetuum et inconcussa, assensu utriusque partis, in presentia domni Geraldii Savigneii, et Roberti Sancti Andree, et Roberti Richerii Vallis et Roberti Sancti Stephani de Fontaneto, et Guillelmi de Barbereio abbatum, concessum est et decretum, ut predicta omnia scripto presenti annotarent et sigillorum suorum auctoritate communirent. Testibus his, Radulfo de Goviz, Johanne de Fontaneto, Gervasio de Veiis, Ricardo de Sanctellis, Radulfo de Sanctellis, Ricardo de Bolon, Ricardo de Coudreio, clericis. Roberto filio Ernesii, Eudone filio Ernesii, Radulfo Travers, et multis aliis.